

Publius OVIDIUS | PAZIFAA  
NASO | (*Ars amatoria 1, 253-350*)

Prevod Barbara ŠEGA ČEH

Kaj bi našteval ti vsa lovišča primerna, kjer ženske  
rade se družijo? Teh več kot peščenih je zrn.  
Kaj bi govoril že spet ti o Bajah, o bajski obali,  
vrelcih, ki zmeraj iz njih para žveplena puhti?  
Marsikdo z ranjenim srcem dejal je ob svojem odhodu:  
»Voda ni tukaj tako zdrava, kot glas gre o njej.«  
Gozdno votlino boginje Diane oglej si v predmestju,  
z meči si roka je zla tam priborila oblast.  
Ker je devica, ker lok in strelice Kupída sovraži,  
ran je zadala ljudem tisoč, in nove še bo.  
Kam po dekleti, ki jo ljubiš, in kje naj razpneš svoje mreže,  
Tálija vse ti pove z vprege neskladnih koles.  
Zdaj pa je čas za veščine, kako naj ujameš izbranko,  
v pesmi bom lotil se zdaj čisto posebnih veščin.  
Moški, prisluhnite vsi brez izjeme povsod mi pozorno,  
zvesto občinstvo naj bo priča že danih obljud.

Vbij za začetek si v glavo, da ni je, ki ne bi se ujela;  
tvoja bo prej ali slej, ti le nastavi pasti.  
Ptice utihnile prej bi spomladis in črički poleti,  
prej bi majnalski ovčar zajcu pokazal peté,  
kakor odbilo dekle zapeljive bi fantove prošnje.  
Tista celo, ki se zdi res neizprosna, se vda.  
Skrivna ljubezen je moškemu všeč, enako kot ženski:  
moški jo stežka taji, ženska se vnema skrivaj.  
Mimo je čas, ko smo moški klečali pred svojo izbranko;  
ženska premagana zdaj našo naj vlogo igra.  
Z mukanjem bika hrabri samica na pašnikih sočnih,  
žrebca roženih kopit vabi samičin rezget.  
Zmernejša moška je strast in ni več tako razplamtela;  
samcem ljubezensko slo zakon narave krojí.

Kaj naj povem še o Bíblidi, vroče zaljubljeni v brata?  
 Sama za svoj si je greh hrabro sodila z vrvjó.  
 Mira v skrunilski ljubezni močnó je vzljubila očeta,  
 zdaj pa jo, skrito očem, skorja uklepa tesnó.  
 Njene solzé, ki kapljajo z omamno dišečega grma,  
 vtiramo v kožo, po njej nosi dišava ime.

Nékdaj v zavetju temačnih dolin gostolistnate Ide  
 bik se je pasel, ponos črede in bel kakor sneg,  
 prav med rogovim imel je neznatno črnikasto liso,  
 madež le samcat, sicér bil mlečnobél je povsod.  
 Knoške, kidónske junice vsevprek so za njim hrepenele  
 v želji, da nekega dne vzpne se na njihov hrbèt.  
 Tudi Pazífaa dala bi vse za prešuštvto s tem bikom;  
 krave stasite so v njej zbujale besno zavist.  
 Pojem le to, kar drži; še Kreta s stoterimi mesti  
 to bi priznala, čeprav ve se, da stresa laži.  
 Sama Pazífaa zanj je nabirala mlado vejevje,  
 travo najlepšo bajè žela z nespretno rokó;  
 s credo je šla in še mar ji pri tem ni bilo za soproga,  
 Minos poražen je bil, bik pa je zmago požel.  
 Kaj se, Pazífaa, sploh razkazuješ v prekrasnih oblekah?  
 Saj za razkošje je tvoj ljubček popolnoma slep!  
 Kaj ti bo zdaj ogledalo, ko tekaš po hribih za čredo?  
 Kaj si, prismoda, že spet svojo pričesko gladiš?  
 Daj, spameruj se, verjemi zrcalu, da nisi juníca.  
 Ti pa na čelu le par krovjih rogov si želiš!  
 Če ti je Minos še všeč, ne skači čez plot brez potrebe,  
 če pa že varaš moža, z moškim prevaraj ga vsaj!  
 Preko gozdov in dobrav je iz spalnice neslo kraljico,  
 kakor ajonski bi bog kakšno bakhantko razvnel.  
 Ah, njen sovražni pogled je pogosto obtíčal na kravi,  
 rekla pri sebi je: »Kaj vidi na njej moj gospod?  
 Glej, le kako pred očmi se mu zvira po travniku mehkem!  
 Avša obnaša se res, kot da se to ji podá.«  
 To si je rekla in brž je velela iz črede številne  
 revo prignati, ji vrat sključiti v jarem težak  
 ali pobiti nalašč jo s pretvezo na svetem oltarju;  
 tekmičin drob je nato srečna držala v rokah.  
 Večkrat je s trupli teh tekmic tako tolažila božanstva,  
 z drobom v dlaneh govoreč: »Zdaj ga osvajajte, no!«

Enkrat bi rada postala Evropa, zatem pa spet Io.

Prva je krava bila, drugo pač nosil je bik.

Čredni vodník jo je končno naskočil, nasedel je lažni  
kravi iz javora; plod vsem je očeta razkril.

Če bi Krečánka bila se odrekla ljubezni s Tiestom,

(kdaj pa je ženski en sam moški častilec dovolj!),

Fojbus že ne bi vozá na sredini poti zaobrnil,

konjev zasukal nazaj, vrnil k Avrori se spet.

Nízova hčerka lase je škrlatne očetu ukradla,

z dimelj in ledij ji pas psov pobesnelih visi.

Marsu ubéžal Atríd je na kopnem, Neptunu na morju,

lastni soprogi pa ne, kruto je bil pogubljen.

Kdo ni pretakal solzá še nad Kreúzo, Epirkó v plamenih,

komu krvnica otrók lastnih se smilila ni?

Fójniks, Amíntorjev sin, skozi slepe oči se je jokal;

v kosih kot žrtev je konj plašnih Hipólit končal.

Kaj izkopavaš, Finéj, očesa nedolžnim sinovom?

Kazen enaka visi tudi nad tvojo glavó.

Strast je edini povod za vse, kar so ženske počele;

moški je manj ognjevit, manj zaslepljeno ravna.

Torej ne dvomi o tem, da so tvoje lahko kar po vrsti,

ena od tisoč mordà rekla odločno bo ‘ne’.

Naj te uslišijo, naj te zavrnejo, prošnja jim godi.

Če ti spodrsne, ga nič nisi polomil zato.

Sploh pa še ni spodrsljaj, če nov je užitek pred tabo,

mar ne privlači te bolj tisto, kar ni tvoja last?

Žetev je zmeraj obilnejša tam, kjer polje ni tvoje,

polnejše vime ima čreda sosedovih staj.

Quid tibi femineos coetus venatibus aptos  
enumerem? numero cedet harena meo.

Quid referam Baias, praetextaque litora velis,  
et quae de calido sulpure fumat aqua?

Hinc aliquis vulnus referens in pectore dixit:  
'Non haec, ut fama est, unda salubris erat.'

Ecce suburbanae templum nemorale Dianaë  
partaque per gladios regna nocente manu:  
illa, quod est virgo, quod tela Cupidinis odit,  
multa dedit populo vulnera, multa dabit.

Hactenus, unde legas quod ames, ubi retia ponas,  
praecipit imparibus vecta Thalea rotis.

Nunc tibi, quae placuit, quas sit capienda per artes,  
dicere praecipuae molior artis opus.

Quisquis ubique, viri, dociles advertite mentes,  
pollicitisque favens, vulgus, adeste meis.

Prima tuae menti veniat fiducia, cunctas  
posse capi; capies, tu modo tende plagas.

Vere prius volucres taceant, aestate cicadae,

Maenalius lepori det sua terga canis,  
femina quam iuveni blande temptata repugnet:

haec quoque, quam poteris credere nolle, volet.

Utque viro furtiva venus, sic grata puellae:

vir male dissimulat: tectius illa cupit.

Conveniat maribus, nequam nos ante rogemus,  
femina iam partes victa rogantis agat.

Mollibus in pratis admugit femina tauro:  
femina cornipedi semper adhinnit equo.

Parcior in nobis nec tam furiosa libido:  
legitimum finem flamma virilis habet.

Byblida quid referam, vetito quae fratribus amore  
arsit et est laqueo fortiter ulta nefas?

Myrrha patrem, sed non qua filia debet, amavit,  
et nunc obducto cortice pressa latet:

illius lacrimis, quas arbore fundit odora,  
unguimur, et dominae nomina gutta tenet.

Forte sub umbrosis nemorosae vallibus Idae  
candidus, armenti gloria, taurus erat,  
signatus tenui media inter cornua nigro:  
una fuit labes, cetera lactis erant.

Illum Cnosiadesque Cydoneaeque iuvencae  
optarunt tergo sustinuisse suo.

Pasiphae fieri gaudebat adultera tauri;  
invida formosas oderat illa boves.

Nota cano: non hoc, centum quae sustinet urbes,  
quamvis sit mendax, Creta negare potest.

Ipsa novas frondes et prata tenerima tauro  
fertur inadsueta subsecuisse manu.

It comes armentis, nec ituram cura moratur  
     coniugis, et Minos a bove victus erat.  
 Quo tibi, Pasiphae, pretiosas sumere vestes?  
     Ille tuus nullas sentit adulter opes.  
 Quid tibi cum speculo, montana armenta petenti?  
     Quid totiens positas fingis, inepta, comas?  
 Crede tamen speculo, quod te negat esse iuvencam.  
     Quam cuperes fronti cornua nata tuae!  
 Sive placet Minos, nullus quaeratur adulter:  
     sive virum mavis fallere, falle viro!  
 In nemus et saltus thalamo regina relicto  
     fertur, ut Aonio concita Baccha deo.  
 A, quotiens vaccam vultu spectavit iniquo,  
     et dixit ‘domino cur placet ista meo?  
 Aspice, ut ante ipsum teneris exultet in herbis:  
     nec dubito, quin se stulta decere putet.’  
 Dixit, et ingenti iamdudum de grege duci  
     iussit et inmeritam sub iuga curva trahi,  
 aut cadere ante aras commentaque sacra coegit,  
     et tenuit laeta paelicis exta manu.  
 Paelicibus quotiens placavit numina caesis,  
     atque ait, exta tenens ‘ite, placete meo!’  
 Et modo se Europen fieri, modo postulat Io,  
     altera quod bos est, altera vecta bove.  
 Hanc tamen implevit, vacca deceptus acerna,  
     dux gregis, et partu proditus auctor erat.

Cressa Thyesteo si se abstinuissest amore  
     et quantum est uno posse carere viro?  
 Non medium rupisset iter, curruque retorto  
     Auroram versis Phoebus adisset equis.  
 Filia purpureos Niso furata capillos  
     pube premit rabidos inguinibusque canes.  
 Qui Martem terra, Neptunum effugit in undis,  
     coniugis Atrides victima dira fuit.  
 Cui non defleta est Ephyraeae flamma Creusae,  
     et nece natorum sanguinolenta parens?  
 Flevit Amyntorides per inania lumina Phoenix:  
     Hippolytum pavidi diripuistis equi.  
 Quid fodis inmeritis, Phineu, sua lumina natis?  
     Poena reversura est in caput ista tuum.

Omnia feminea sunt ista libidine mota;  
acrior est nostra, plusque furoris habet.  
Ergo age, ne dubita cunctas sperare puellas;  
vix erit e multis, quae neget, una, tibi.  
Quae dant quaeque negant, gaudent tamen esse rogatae:  
ut iam fallaris, tuta repulsa tua est.  
Sed cur fallaris, cum sit nova grata voluptas  
et capiant animos plus aliena suis?  
Fertilior seges est alienis semper in agris,  
vicinumque pecus grandius uber habet.